Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



260 308

In illo tempore Accesserunt ad iesum discipuli dicentes Quis putas maior est in regno celorum Et adhoc cum iesus puerum statuit eum in medio eorum: et dixit Amen dico vobis: nisi quis versus fueritis et effecti fueritis sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum Quicumque ergo humiliaverit se sicut puerulus iste: hic maior est in regno celorum Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo: me suscipit Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius: et demergatur in profundum maris Ve mundo a scandalis Necesse est enim: ut veniant scandala Verum tamen ve homini per quem scandalum venit Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proice abs te Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum et proice abs te Bonum est tibi unum oculum habentem in vitam intrare: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis Videte ne contemnatis unum ex his pusillis Dico enim vobis: quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est Credo non dicitur offertorium Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluia Secreta

Hostias tibi domine laudis offerimus supplicantes